





Kern 86  
(1-54; a-g)

# NOTITIA LABORVM

QVIBVS  
PER SEMESTRE AESTIVVM  
OCCVPABVNTVR

PROFESSORES ET PVBLICI DOCTORES  
IN ACADEMIA FRIDERICIANA  
PRO-RECTORE MAGNIFICO  
IOACHIMO LANGIO

S. THEOLOGIAE D. ET PROF. PVBL. ORDINIS THEOLOGICI  
SENIORE ET SEMINARI THEOLOGICI DIRECTORE.

## LECTIONES THEOLOGICAE.

D. IOACHIMVS Lange praeter lectiones publicas, easque Theicas, pro nuda regio & aetate provecta, Hafniam, vti probabile est, hinc non discessurus, priuatim hora VIII. Epitomen historiae ecclesiasticae N. T. & in ea praecipue periodum eius vltimam, in quam vita b. D. P. I. SPENERI incidit, tractabit; hora vero IV. Apocalypsin ita interpretabitur, vt clauem hermeneuticam in difficultiora Psalmorum & Prophetarum loca exhibere possit.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS praelectionibus *exegeticis* Pauli epistolam ad Philippenfes interpretabitur, vsum & adplicationem regularum hermeneuticarum simul commonstraturus. Horis *paraneticis* Ideam Studiosi Theologiae declarare perget; *asceticis* vero ad posteriorem Pauli ad Corinthios priori absoluta progredietur. Denique *exercitia homiletica*, defectu loci opportuni adhuc interrupta, alia ratione compensare studebit.

D. CHRIST. BENED. MICHAELIS publice hora III. Psalmis Davidis, propediem finiendis, subiunget Salomonis libros, e textu primigenio explicandos, Prouerbia, Ecclesiastem & Canticum canticorum: *priuatim* hora IX. quatuor Evangelia harmonico pertractabit ordine.

SIG. IAC. Baumgarten publice instructionem *casuistico pastorallem* continuabit, eaque finita *hermeneuticam sacram* succincte tradet, atque horis *asceticis Marcum & Lucam* tractabit: *priuatim* scholis h. VIII. alteram partem *schoel. dogmatica* explicabit, iuncto singulis diebus saturni h. II. examine publico; h. XI. *historiam sacram* enarrabit & medijs aui & recentioribus, quod singulis per hebdomadem diebus fiet, quam primum finita *exegeti pericoparum epistolicarum* labores publici in hor. VI. vespertinam transferri poterunt; h. IIII. *schoel. morali* ad finem perductas tres *Ioannis epistolas* interpretabitur: exercitacionem praeterea *disputatorium* instituet ad curatorem *schoel. dogmatica* vniuersae repetitionem.

D. BENED. GOTTLÖB CLAVSWITZ lectionibus *publicis* H. II. *Institutiones homileticas* breuibus aphorismis exhibebit, & exemplorum loco dispositiones in pericopis euangelicas iunget. *Priuatim* H. IX. *Epistolam ad Romanos* perpetua Analyti & Exegetica tractatione exponet: H. V. Collegium *fundamentale dogmaticum* habebit in Magnif. D. Langii Epitomen Iagog. semestri spatio absolueadum. *Disputatorium contra Socinianos* die Mercurii H. I. *Asceticum* in Acta Apostolorum H. VI. die Solis: nec non *disputationes publicas de fide in I. Cbr.* continuabit.

IO. HENR. CALLENBERG publice hora IX. X. priorum trium dierum *I. Cbr.* sermone hebraico explicabit: *priuatim* scholae suae *literaria*, quam hucusque habuit, superaddet disciplinarum theologiarum, quae restant, historiam; hocque labore defunctus, similem rursus inchoabit, delibaturus simul, quae ad cognoscendum ecclesiae statum praesentem pertinere videbuntur: progredietur etiam in vindicijs potiorum *Vet. Test. locorum*, quae ad *Messiam* referuntur.

IO. GEORG. KNAPP h. XI. XII. *propbetarum vaticinio* neruosa & breui interpretatione illustrabit, ea qua adhuc consueueratione. h. V. VI. vespertina perget in *dictorum probentium tractatione exegetico-rhetica*, eo quidem modo, vt prioribus noui semestris hebdomadibus, locos iam pertractatos, in gratiam cum incipientium tum eorum qui superiore hieme lectionibus iam interfuerunt, dilucide repetat, ac deinceps reliquos adiungat. Instituet etiam nonnullorum rogatu *examen & exercitium disputatorium*. Singulis vero Veneris diebus h. VI. VII. vespert. *colloquium biblicum* continuabit, *priorem* Pauli ad *Timorbeum epistolam* porro tractaturus.

## IVRIDICAE.

IOAN. PETR. DE LVDEWIG, iussu causaque REGIS, quadrimestri spatio, absens redux, que factus nuperrime in scholis IVRIS BENEFICIARIJ, altera licet parte ad finem perductis, cum SECKENDORFII *Germania principe*, honorarium conuentum auditoribus condonabit reddetque, quod praestitum & solum. Hoc autem *semestri aestiuo* recreabit animum cum *iurisprudentia* cultoribus vere. In hora enim XI. IVS PVBLICVM docebit, STRVVIIO duce integerrimo; comite veritate tamen, in rebus tanti momenti, commodi & fortunarum, in Germania nostra, exinde promouendarum, omnino & utili & necessaria. Falluntur enim, qui *verum iuriumque Germanici imperii doctrinas* haurire solent ex *epitomis* aut *systematibus* tantum. Hodie praesertim, in tanta *plomatium & medij aevi* documentorum luce. Hinc optime sibi consulunt iuri ac adollescentes; si adiu.

adiunxerit huic studio GERMANICI IMPERII HISTORIAM; quam, eodem STRVVIO autore, *hora III.* explicabit; non tantum euenta recensendo; sed asstimando singula ad *formulam* cum regni, tum principatum & ordinum patriae. Tandem cum interregni spatium neque dum finitum sit & grauitas rei plus temporis exigit, quam indulgere solet AVREA BVLLA: ultimi imperatoris CAPITVLATIONEM, id est, *formulam Germanicæ regiminis in literas relatas*, *hora IX.* interpretabitur. Ea quidem ratione; ut paradoxè veritas constet: nullum eius caput esse, cuius aequitatem non declarent consuetudines mediæ æui. Deinde uota supplere eorum; quæ forte *inseri* præterea queant *copiulationi futuræ*. Non quod *noua* sint; uerum sit omnino e re; iura paulo antiquata aut conuersa, peregrinarum legum receptu, in hac *tabula* suspendere & ponere extra dubitationis aleam postliminio.

IVSTVS HENNINGVS BOEHMER, IC. scholis publicis ad historiam iuris ecclesiastici antiqui seculi primi ad finem perductis, hoc argumentum finitis nundinis Lipsiensibus continuabit & *iuris antiquum ecclesiasticum seculi II. & III.* tradet. Priuatis curis, horis confuētis, de nouo *introductionem ad Digesta*, nec non *hora VIII. matutina ius feudale*, STRVVIO duce, & *hora IX.* opusculum de *Actiōibus* ad vsum forensem interpretabitur.

CHRISTIANVS WOLFIVS, *Hor. IX. mar.* publice ostendet, quænam sint iuris naturalis, quam pure ciuiliis & quantum ac cur hæc ab illo difcedant. Priuatim vero *Hor. XI. Ius Naturæ & Gentium* duce GROTIJ in eximio Opere de I. B. & P. enucleabit, quemadmodum in Programmata fusius exposuit.

IO. GOTTL. HEINECCIUS, IC. quemadmodum nullis vquam pepercit vigiliis, ut auditorum suorum rationibus, quacumque posset, ratione confuleret, ita nec assiuo hoc semestri deerit partibus suis, & si Deo ita visum fuerit, finitis nundinis Lipsiensibus, INSTITVTIONES & PANDECTAS, horis ei labori iam pridem destinatis, auspiciabitur. Quin & alias prelectiones, prout res erit, ex valuis publicis iusto tempore indicabit.

SIMON PETR. GASSER, IC. *Publice hora XI. ad STRYKII Exam. Iur. Feud.* commentabitur. *Priuatim hora X. & II. pom. Pandectas Ludouicianas*, adhibitis vbiq; Cautelis theoretico-practicis, denuo explicabit, ut & *hora III. Introductionem suam Oeconomico-Cameralem* in Orphanotropheo prostantem.

D. IAC. GABR. WOLF publice *hora III. pomeridiana Institutiones suas iurisprudentiæ naturalis, tum priuatae, tum publicæ, regulas iusti & iuris excellentioris distincte explicantes atque applicantes*; præterea *priuatim hora II. matutina elementa sua iuris feudorum, tum provincialium, tum Imperialium*; post hæc, *hora X. iuncta IV. pomeridiana, Illustr. HEINECCIJ elementa iuris ciuiliis, secundum ordinem pandectarum*; denique *hora XI. V. C. IO. IAC. MASCOVII principia iuris publici*, omni fide atque industria, comite vbiq; veritate ac iustitia, interpretabitur. Nouarum doctrinarum initium, finitis nundinis Lipsiensibus, facturus.

CAR. GOTTLIEB KNORRE præter *Institutiones Iustinianæ & Pandectas Ludouicianas STRYKII Iurisprudentiam feudalem* interpretabitur. Rogatus etiam aperiet *Collegium Practicum elaboratorum* ad ductum der Gründlichen Anleitung zum Gerichtlichen Proceß, simulq; *elementa artis relocatoriæ* tradet.

IO. GERARDVS SCHLITTE in *Institutiones Iustinianæ, STRYKII Iurisprud. forenses, & B. LVDVICI Doctrinam Pandectarum* ea, qua par est, fide ac industria, commentabitur, de horis hisce Collegiis impendendis valuis publicis DNN. Auditores admoniturus. *Initium B. c. D.* fiet finitis nundinis Lipsiensibus *d. 8. Maii.*

IO. SAMVEL FRIDERICVS BOEHMER finitis nundinis Lipsiensibus h. e. d. 8. Mai. auspiciabitur, *hora VIII. prælectiones ad Elementa iurisprudentiæ criminalis, hora IX. ad Dn. Parentis Institutiones iuris canonici, hora X. iuncta II. da ad eiusdem compendium pandectarum, hora XI. ad ipsum textum Institutionum* in quo exponendo ita versabitur, ut præmissis genuinis principiis iuris Romani, vsum hodiernum accurate tradere auditoribus queat. His addet *hora III. expositionem iurisprudentiæ feudalis ad compendium Struyuianum*, neque is deerit qui *Collegium examinatorum ad Pandectas* cum selecto numero inchoandum postularunt.

MARTINVS SCHMEIZEL *Iur. Publ. Prof. Ordin.* singulos suos labores, præsentii rerum in Germania statui, ut par est, accommodabit; *Publicos* quidem infra suo loco indicabit; *Priuatim h. IX.* ad seriem positionum calamo excipiendarum proponet *Doctrinam* vtrique momentosam, *de vortis Periodis Imperii Romano-Germanici, decurrendo, ab æuo Francorum per singulas ætates, usque ad colophonem Habspurgo-Austriacæ, quam imposuit Carolus VI.* *hora XI. V. Celebr. MASCOVII Principia Iur. Publ.* latius deducta, pragmatico & sibi consueto more illustrabit, vsuique moderno aptiora reddet; *hora IV. Modum & Formam eligendi & inaugurandi Reges ac Imperatores Romano-Germanicos, ex fontibus Iuris Publ. per classes omnium & singulorum deductam*, propinabit, ut constare nostris queat, quantum in futuri & noui Cæsaris electione & inauguratione, vel difcessum fuerit a pristino tenore, vel non. *Initium suo & loco & tempore indigabitur.*

IO. EHRENFRIED ZSCHACKWITZ, *Hor. VIII. ex STRYKIO Historiam Imperialem* docebit, ea tamen Methodo, ut eius Annotationes, quæ sub Titulo, *Grundlegung zur vollständigen Reichs-Historie*, vbiq; adhibeantur. *Hor. IX. duce SACKENDORFFII Fürsten, Staat, Poli.*

*Politicam & Oeconomiam* Cameralem, ex ipsissimis Fontibus exhibebit: *Hor. XI. etiam Historiam Imperialem*, & quidem consueta methodo dilucidabit. *Hor. II.* pom. ex sua *Introductione*, quae iam prodit, *Ius Feudale*, & quae cum illo connexa, enucleaturus est. *Hor. III.* duce MASCOVIO *Ius Publicum*, & Historice & Practice demonstratum apparebit; *Hor. IV.* praelucente PFVENDORFIO, *Historiam Vniuersalem* omnium Regnorum, & quae fuere, & quae adhuc florent authentice explicabit. *Hor. V. Capitular. Caesar.* ex historia & Actis publicis enucleatam exhibebit.

D. IO. TOBIAS CARRACH *publicas lectiones Iuris Canonici* continuabit. *Priuatim* duce PFVENDORFIO *de Officio bonitatis & ciuitatis* tradet, *Ius Naturae & Gentium*, ita vt imprimis huius scientiae vsum in caeteris Iurisprudentiae partibus monstrat. Ad *Institutiones Iustinianae* commentabitur, sedulo expositurus *Romani & Germanici Iuris differentias*, quo ad genuinum praxin forensem praeparantur auditores. *Eadem methodo* denuo auspicabitur *Digesta* Illustr. Dn. BOEHMERT. *Iurisprudentiam* quoque *Feudalem* ad STRVVIUM docebit. \*Addet denique *Collegium processuale elaboratorium*, cui qui interesse cupiunt, vt ante eius initium nomina sua dent, rogantur. Flagitarunt quoque nonnulli *exercitium disputatorium* aut *collegium examinatorium*: quorum desiderio non deerit, si numerus auditorum vel disputantium adiri instruto aptus.

## M E D I C A E.

FRIDERICVS HOFFMANNVS, Academiae Senior. Varia sunt, quae hactenus impediunt, quo minus docendo prodesse poterim. Redir autem, redeunt vere, insignis quaedam alios doctrina mea instruendi cupiditas. Hinc bono cum Deo constitui, prouectioribus artis medicae studiosis per hoc, quod instat semestris aetium casus clinicos ab exteris mihi transmissos tribus per hebdomadam diebus proponere, morbos ibi obuenientes secundum causas suas ex genuinis pathologiae principiis explicare, & medelam singulis morbis accommodatam, cum selectioribus formulis in calamus dictandis, subiungere; vt discant inde philiatr a medico sene senilem, hoc est expertam longoque vsu comprobata medendi methodum, quam aliquando in peragendis morborum curacionibus tuto & singulari cum fructu adhibere poterunt.

MICHAEL ALBERTI Doctrina *Publica* Casus *forensis & iuragicos* Pathologico-Practica speciali deductione explicabit. *Priuatim* labore *Physiologiam & Pathologiam* pleno suo complexu fundamentis physico-anatomicis superstructam, ab initio tractabit, horis a IX. ad XI. Dein *Collegium in Materiam medicam* historiae naturali, analyti physico-chymicae accommodatam, & sanioribus vibus practicae destinata aperiet. in *Praxi speciali* vniuersa, & *gymnastica* b. e. d. continuabit. In *botanicis* denique ordine & tempore consueto sufficiens & vtilis institutio tradenda erit.

IO. IVNCKER publice, qua methodo formulae conscribendae sint, docebit. *Priuatim* hora X. theoriam physiologico-pathologicam, hora autem XI. therapiam specialem continuabit. *Priuatissime* tirones medicos in praxi clinica exercebit.

D. IO. HENR. SCHVLZE *priuatim* enarrabit historiam & fata medicinae, ab artis initio per saeculorum ad nostra tempora decursum. Botanicae atque chemiam huius superaddet. Forte etiam vel formularum praescribendarum artem tradet, vel ad dispensatorium regium & electorale Borussia-Brandenburgicum commentabitur.

FRIDERICVS HOFFMANNVS P. P. O. Publice physiologiam, principiis physico-mechanicis & anatomicis superstructam cum speciali partium corporis humani vsu docebo. *Priuatim* vero historiam naturalem ita pertractabo, vt non solum de curiosis notatu dignioribus, scita necessaria pariter atque vtilia proferam; verum etiam omni diligentia explicem, quoniam praefertim ex rerum naturalium apparatu vsui medico & medicamentis praeparandis inseruiant, vt simul plenior materiae medicae cognitio inde comparetur. Quum autem de genuinis remediorum vitiis & operandi ratione vix melius iudicare liceat, ac si chemico examini easdem subiciamus; operae omnino pretium mihi facturus videor, si varia experimenta chemica circa illorum principia & vsum simul in situam.

## P H I L O S O P H I C A E.

CHRISTIANVS WOLFFVS *Hor. VIII. mat.* Metaphysicam, *Hor. III. pomerid.* Mathesin vniuersam docebit.

D. CHRIST. BENED. MICHAELIS Hora X. linguam docebit Syriacam, post tradita ad ductum Grammaticae suae, prelo iam emissae, fundamenta, vsum eius ex praelectis aliquot libris versionis N. T. Syriacae, tum antiquitate tum praestantia sua venerabilis, ostenturus. Praeter doctrinam de accentibus Ebraeorum, lectiones tum fundamentales tum curiosas, quas vocant, Ebraicas & Graecas in auditorio suo haberi curabit.

MICHAEL ALBERTI *Publico* studio doctrinam de *Aere* eiusque effectu & influxu tractabit. *Priuatim* industria Collegium *Logicum & disputatorium* denuo exordietur.

IOANNES IOACHIMVS LANGE, *Math. P. P. O. publice* h. 7. *mat. Mathesin puram*, h. e. *Mathesin vniuersalem, Arithmeticae, Geometriae* atque *Trigonometriae*, praemissa introductione in *Mathesin vniuersam & Methodum Mathematicam* demonstrabit. *Priuatim* vero h. 8. *Algebrae*; & h. 5. *Architecturam ciuilem* atque *militarem* docebit. *Calculum Astronomicum* h. 9. continuabit, & *Geometriae practicae* ita tradet, vt in auditorio praeparati ad *praxin Geometriae*

in campo die Saturni horis pomeridianis 3. 5. accedamus. Nec illis deerit qui in *Euclidis Archimedis* que Geometria admitti & in *demonstrationibus concinnandis* exerceri cupiunt. *Physicam dogmatico experimentalem* ad ductum *Elementorum suorum* h. i. ita explicabit, vt nexus dogmatum perpetuis Experimentis illustretur. *Historiam Naturalem specialissimam* vno notitiam corporum naturalium per sic dicta tria regna, *Minerale, Vegetabile, Animale* tradet h. 4. vbi non solum *LINNAEI Systema natura*, cum versione sua in Orphanotrotheo profans explicabit & illustrationes atque supplemento in calamum dictabit, sed pleraque naturalia quoque ex apparatus proprio satis instructo ostendet.

MARTINVS SCHMEZEL *Historiarum Prof. Ord. Publice* hora in tempore indicanda, *Historiam Germaniam recentiorum* illustret. *Privatim*, hora VIII *Geographiam* repetet; III. *Historiam Imperialem ad ductum libri sui* denuo inchoabit; V. *Historiam Vniuersalem ab O. C. deductam* enucleabit. VI. Selectis ingenii *Collegium Geographico-Historicum, Silesia Notitiam* propinans, adperiet; Duabus itidem horis per hebdomadem, *Heraldicae praecipua* variis exemplis illustrata reddet; de initio singulorum, doctrinarum suarum sequaces in tempore edocebit.

D. IO. HENR. SCHVLZE publice exponere perget de antiquitatibus Graecae ad ductum compendii elegantissimi a LAMBERTO BOS concinnati: cuius partem, quae ad sacra pertinet, hac hyeme absoluiamus. *Privatas* institutiones, quas desiderari cognoscer, adiciet.

DANIEL STRAHLER 1) *Logicam* suam denuo explicabit; 2) ad Illustr. WOLFFII *Metaphysicam* iterum commentabitur; 3) eiusdem Illustr. PROCANCELLARII nostri *Erbicam & Ius Natura*, seu, Tractatum: von der Menschen Thun und Lassen: exponet; 4) *Arithmetica, Geometricam & Trigonometricam* eiusdem AVCTORIS illustris illustret. Denique si erunt, qui *lectiones cursorias in vniuersam Philosophiam* cupiunt, facilem & iis se praebit.

D. FRIDERICVS WIDEBVRG ab XI. XII. proponet *historiam Imperii Germanici* duce STRVVIO, nihilque praetermittet, quod ad Ius Publicum, Ecclesiasticum & Feudale illustrandum pertineat: a III. IV. *historiam vniuersalem* tradet pragmaticae, PVENDORFIO praecunte, rationemque status florentissimorum Europae regnorum ac rerum publicarum ob oculos ponet: denique collegium *Stili & literaturae elegantioris* aperiet selectis auditoribus. Publicae lectiones singulari scheda significabit. Initium lectionum erit finitis nundinis Lipsiensibus d. 8. Maii.

THEOD. CHRISTOPH. VRSINVS publice hora XI. XII. pensum prius *Cursus philosophici*; *privatim* vero hora IX. X. posterius pensum eiusdem *Cursus philosophici* absoluet per instans hoc semestre aestiuum, duce quidem S. R. WALCHIO, comite tamen *veritate & philosophandi libertate*; praeterea hora X. XI. Illustris nostris HEINECCI *Elementa philosophiae rationalis & moralis*, ea, qua decet, perspicuitate & soliditate interpretabitur; hora III. IV. *Logicam* seorsim praereget, praecunte Cl. BAVMEISTERO; horatandem IV. V. *Metaphysicam* tradet ad ductum thesium suarum: Anfangs-Gründe der Philosophii, Wissenschaften überhaupt. Singulis etiam Saturni diebus hora II. IV. *Colleg. disputatorium* in recentissimas philosophiae controuersias aperiet.

IO. HENR. CALLENBERG in schola, quam supra commemorauit, *literaria* theologica, simul propaeudmata, *philologiam, historiam & philosophiam* attinget; praelectiones quoque *Arabicarum* continuabit, aliasque ad litteraturam orientalem pertinentes instituet, si expetantur.

IO. EHRENFRIED ZSCHACKWITZ, Hor. VII. matut. *Geographiam* Historice ac Politice explicabit, *Hor. I.* pom. duce Introductione Ludoniana, *Ius Militare* demonstraturus est, eadem Hora quolibet die *Mercurii & Saturni priuatis* Curis praesentem Statum *Politicum*, negotiaque *publica nostrae Europae* methodo ordinaria exhibebit. Lectiones publicas destinato tempore indicabit. Initium vero horum Laborum ex valulis publicis indicabit.

### EXTRAORDINARIAE.

D. HENR. BASS *effectus venereos* continuabit publice d. mercur. & saturn. hor. X. *Privatim* praereget Collegium *Operationum Chirurgicarum* cum vtroque *apparatu Instrumentali* pariter ac *delicatorio* hor. III. Initium Lectionum peculiari indigabit scheda.

IO. FRID. CASSEBOHM publice continuabit in tradenda methodo fecandi cadauera humana. *privatim* Collegia offert: 1) Osteologicum. 2) Zoologicum. 3) Physiologico-Pathologicum.

IVSTVS ISRAEL BEYERVS, *Phil. Prof.* per instans semestre aestiuum, publice h. X. tradet praecipua stili cultioris germanici. *Privatim* h. VIII. enarrabit historiam litterariam ad conspectum S. R. HEVMANNI, h. VIII. docebit artem conscribendi epistolas, ad institutiones NEV-  
RCHIANAS; h. II. redaspiciabit oratoriam, praecunte GOTTSCHEDIO cel. h. III. inchoabit lectiones cursorias in Latini auctores, quos uocare solemus, classicos, quorum agmen ducet PHAEDRVS. Diebus Saturni ab h. III. usque ad V. continuabit exercitia oratoriam, singulis suo modo proficua. Reliquum denique tempus impendit commodis Dnn. Studiosorum *privatissimis*. Plura coram.

IOANNES FRIDERICVS STIEBRITZ P. P. per instans semestre aestiuum *Logicam, Metaphysicam & philosophiam moralem* tradet, in singulis *Illustrum virum* CHRIST. WOLFFIVM secuturus. Nec deerit iis, qui *fundamenta linguae ebraicae* ad ductum B. DANZII sibi explicari optaverunt. Publice *doctrinam accentuum* ex b. MICHAELIS libello enucleabit. De horis, his laboribus destinatis, ex tabula publica monebit Communitones.

P. P. Kalendis April. c1810cc xxxxi.

Hale Magdeburgica, litteris HENDELIANIS.







# NOTITIA LABORVM

(27)

QVIBVS  
PER SEMESTRE AESTIVVM  
OCCVPABVNTVR

PROFESSORES ET PVBLICI DOCTORES  
IN ACADEMIA FRIDERICIANA  
PRO-RECTORE MAGNIFICO  
IOACHIMO LANGIO

S. THEOLOGIAE D. ET PROF. PVBL. ORDINIS THEOLOGICI  
SENIORE ET SEMINARII THEOLOGICI DIRECTORE.

## LECTIONES THEOLOGICAE.

D. IOACHIMVS Lange præter lectiones publicas, easque Thericas, pro nutu regio & ætate provec̃ta, Hafniam, vti probabile est, hinc non discessurus, priuatim hora VIII. Epitomis historię ecclesiasticę N. T. & in ea præcipue periodum eius vltimam, in quam vita b. D. P. I. SPENERI incidit, tractabit; hora vero IV. Apocalypsin ita interpretabitur, vt clauem hermeneuticam in difficiliora Psalmorum & Prop̃hetarum loca exhibere possit.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS prælectionibus *exegeticis* Pauli epistolam ad Philippenses interpretabitur, vsũ & adplicationem regularum hermeneuticarum simul demonstraturus. Horis *paræneticis* Ideam Studiosi Theologiæ declarare perget; *asceticis* vero ad posteriorem Pauli ad Corinthios priori absoluta progredietur. Denique *exercitio homiletico*, defectu loci opportuni adhuc interrupta, alia ratione compensare studebit.

D. CHRIST. BENED. MICHAELIS publice hora III. Psalmis Davidis, propediem finiendis, subiunget Salomonis libros, & textu primigenio explicandos, Prouerbia, Ecclesiastem & Canticum canticorum: *priuatum* hora IX. quatuor Euangelia harmonico pertractabit ordine.

SIG. IAC. Baumgarten publice instructionem *casuistico pastoralem* continuabit, eaque finitâ hermeneuticam sacram succincte tradet, atque horis *asceticis* *Matheum* & *Lucam* tractabit: *priuatis* scholis h. VIII. alteram partem *theol. dogmaticæ* explicabit, iuncto singulis diebus saturni h. II. examine publico; h. XI. *historiam sacram* enarrabit & mediæ æui & recentioris, quod singulis per hebdomadam diebus fiet, quam primum finita exegesi pericoparum epistoliarum labores publici in hor. VI. vespertinam transferri poterunt; h. III. *theol. moralis* ad finem perducta tres *Ioannis epistolas* interpretabitur: exercitationem præterea *disputatoriam* instituet ad curatiorem *theol. dogmaticæ* vniuersæ repetitionem.

D. BENED. GOTTLOB CLAVSWITZ lectionibus publicis h. II. *Institutiones homileticas* breuibus aphorismis exhibebit, & exemplorum loco dispositiones in p̃iscopis euangelicas iunget. *Priuatum* h. IX. *Epistolam ad Romanos* perpetua Analyſi & Exegetica tractatione exponet: h. V. Collegium *fundamentale dogmaticum* gog. semestri spatio absolendum. *Disputatorium* in Acta Apostolorum h. VI. die Solis: nec non *disputatorium*

IO. HENR. CALLENBERG publice hora IX. ne hebraico explicabit: *priuatum* scholę suę litterarum disciplinarum theologicarum, quę restant, historiam inchoabit, deliberaturus simul, quę ad cognoscendum buntur: progredietur etiam in vindiis potiorum.

IO. GEORG. KNAPP h. XI. XII. *prop̃hetarum* illustrabit, ea qua adhuc consuevit ratione. h. V. *V. V. tractatione exegetico-rhetica*, eo quidem modo, vt eos iam pertractatos, in gratiam cum incipientium iam interfuerunt, dilucide repetat, ac deinceps totum rogatu *examen* & *exercitium disputatorium*. *spert. colloquium biblicum* continuabit, *priorem* Pauli

## IVRIDII

IOAN. PETR. DE LVDEWIG, iussu causaque que factus nuperrime in scholis IVRIS BENEFICIA SECKENDORFII *Germania principe*, honorarium eo quod præstitum & solutum. Hoc autem *semestri* cultoribus uere. Hora enim XI. IVS PVBLICVM dicitur tamen, in rebus tanti momenti, commodi & mouendarum, omnino & utili & necessaria. Fallunt perii doctrinas haurire solent ex *epiromis* aut *systematibus* & *mediæ æui* documentorum luce. Hinc

